

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Abimelechi, Regis Gerarensis Saram domum ducentis
Apologeticus**

**Hochstetter, Andreas Adam
Langenhan, Johannes Kaspar**

Tubingæ, 1699

XI.

urn:nbn:de:bsz:31-102508

XI. Oritur hęc INTEGRITAS ex *Imperio rationis* sive potestate, quam Conscientia & Ratio in hominem exercet: pollens officio & vi Legis praeſcribentis, rectum obliquumque ostendentis, & præmia penitentia dic̄tantis, Rom. II, 14. Docuit Iacobus Abimelechum *propria* Ratio, non vacare injuriā, quin magnum potius crimen esset, si quis alienam rapiat uxorem: hęc ipsi horrorem adulterii incussum, hęc iram Numinis eidem propositum: Hęc eum impulit, ut in statum Sarra, nupta ne esset a liberis inquireret: Quam tametsi suam duxerit dominum, ignorans tamen id fecit, & proinde ad animi sui rectitudinem tam confidenter provocat. Hęc illa est mentis integritas naturalis tot in Gentibus illustrium virtutum moralium (de his enim loquimur), Justitiae, temperantiae, gratitudinis, beneficentiae Mater ac Nutrix.

XII. Quas uti miramur merito ac suspicimus; ita in ruborem dante nostram atatem poterant, qui, ut Erasmus alicubi loquitur, tantis & praemissis & exemplis provocati, doctrinam Evangelicam profitemur nec praestamus. Experti adeò verum esse, quod scribit Augustinus, ex Ethicorum benefactis acriores addi stimulus ad virtutem, quam nostrarium: cum subit animo, quam turpe sit id non perspicere Christianum, quod perspicuum est iis, quibus sola Naturae scintilla prælucebat: non præstare nos qui sub Christi vexillis militamus pietati, qui stipendum immortalitatis ab eodem expectamus, quod præstiterunt ii, qui nihil hominis à rogatione superesse aut suspicati sunt, aut plane crediderunt.

SOLI DEO GLORIA.

